

Dioscor. cap. 69. ubi plerumque evenit, ut vulnerata ferramentis venâ, argentum vivum, fonticuli instar, in substrata defluxerit humum. Et *Comm. in cap. 70.* amplissima argenti vivi metalla in *Hydria* monte, qui quadraginta millia passuum à *Goritia* distat, videri scribit, ubi continuò copiosum clicitur è lapide quodam, fragili potius, quam duro, colore ex nigro rufescente, & ad purpuram quadantes ver gente, ponderoso, plumbi instar, & argento vivo scintillante.

Loca autem Minio redundantia tempore nivium facile cognoscuntur, dum nives, hujusmodi loca tegentes, rubore inficiuntur; quo circa celebris ille *Homeri interpres Eustachius* quibusdam in locis nives observari rubras asseruit; & inde locus, in quo nives deprehenduntur rubræ, μιλτώδης illi dicitur.

C A P U T XXI.

Cinnabaris Mineralis, seu Minii Naturalis delectum obseruat.

IN dijudicandis medicinalibus, si de notis bonitatis certiores esse velimus, usus obtinuit, ut ad manus sumamus exemplum quoddam, ad quod, tanquam ad Lydium lapidem examinanda examinemus, eaque si bonitate cum exemplo convenient, retineamus, sin minus, aversemur. Hinc cuin Cinnabaris mineralis sese nobis offert, semper eligenda est ea, quæ grava \mathbb{D} rio & \mathbb{F} re, ut partibus ejus componentibus præstantioribus, adeoque *Ungarica*, utpote quæ natura \mathbb{O} laris. Eam reliquis præfert *Frid. Hoffmannus Clav. Pharmaceutic. Schroderian.*

derian. lib. 3. cap. 16. quæ in civitate Grembs reperi-
tur. Ea est optima, quæ est rubicunda, cuius flam-
ma illustris & sincera est, & in qua argenti vivi scin-
tillant micæ.

Hoc Cinnabrium nativum cùm etiam vel purum
reperiatur, quale in *Armenia*, item in *Hassia*, prope
Marpurgum è fodinis plumbeis extrahitur: vella-
pidibus permisceatur, utin *Ungaria*, *Hartenstein/*
Schlegel / &c. quandoque in lapide scissili ci-
nereo, bractearum modo, concretum: quandoque
in lapide metallico candidissimo sit, semper eligen-
dum est illud, quod purum, & à lapidibus bene sepa-
ratum est.

C A P U T XXII.

*Cinnabaris Mineralis, seu Minii Naturalis vi-
res & usum ante præparationem illius
profert.*

Cinnabaris Mineralis vires & usum considerare
triplici modo nobis animus est; primò enim
vires & usum illius ante præparationem contem-
plabimur: deinde præparatæ vires planè admiran-
das atque ineffabiles tām in genere, quām in specie
enarrabimus: & demum crudæ usum mechanicum
adjiciemus. Usum Cinnabrii nativi seu Minii fos-
silis in medicina ante illius præparationem summo-
pere vitandum esse arbitramur, cùm beneficā quali-
tate ob spiritus suos *Qriales*, sicuti diximus, non
careat; undè *Ausonius Edyl.* 12. jure merito lethife-
rum illud appellavit hoc versu:

Et quod Germano mistum male lethiferum min?
Id-